

Kreis
Varendorf
S. 122.

1296 (1295) März 9. Lünen.

[3]
122

Graf Eberhard von der Mark schließt mit Hermann von Lüdinghausen und seinem Sohn Hermann, die sich in seinen Dienst begeben, ein Bündnis ab.

Universis presentes litteras inspecturis nos Everhardus comes de Marka notum facimus, quod nos et Engelbertus primogenitus noster recepta assecuratione et fideidatione corporali a domino Hermanno de Ludinchusen et Hermanno filio suo pro se et pro heredibus ipsorum ipsos in nostros amicos et coadiutores recipiendo familiaritatem et amicitiam contraximus cum eisdem; ita sane quod eos non solum tenere et defendere, immo et iuvare debemus, quamdiu vixerimus, quod fide data promittimus per presentes, in quantum iusticiam prosequuntur, dummodo iidem viri prenominati et heredes eorundem apud nos et heredes nostros sive in obsequiis nostris secundum fidem suam nobis prestitatam servatis omnibus condicionibus in litteris ipsorum expressis permaneant sine dolo malo et inveniantur. Et ad maiorem securi-

tatem statuimus eis fideiussores Bernhardum et Hermannum de Daverenberg, Engelbertum de Lon, Conradum de Mangna (!) Domo, Everhardum de Mengede, Gerwinum de Rinkenrode, Johannem et Hermannum fratres dictos de Hovelle, Engelbertum de Herborne, dictum Pultianum, milites; item Hermannum de Daverenberg, Rocherum de Galen, item dominum Henricum de Ekeschede, Lubertum de Vitinchove, item dictum Seluc, milites; item Gerlacum de Luttelenowe; qui fide data promiserunt, quod si aliquis defectus per nos vel heredes nostros haberetur vel si aliquis de fideiussoribus nostris decederet, Tremoniam intrabunt ad iacendum inde non exituri, donec defectus huiusmodi inpleatur vel alter fideiussor eque bonus infra annum loco sui substituatur. Et fideiussores prenominati premissa omnia vera esse et nos ad ea fide data, ut dictum est, obligasse recognoscimus (!) et sigilla nostra his litteris apposuisse; qui vero sigilla non habemus, contenti sumus his appensis. In cuius rei testimonium nos Everhardus comes predictus sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum et actum apud Lünen anno Domini millesimo CC^o nonagesimo quinto, feria sexta ante dominicam qua cantatur Judica.

Orig. Nr. 3; vier Siegel ab; mit zwei Transfixen von 1342 September 13 und 1350 November 10 (s. u. Nr. 23 und 33). — Druck nach mangelhafter Abschr. Westfäl. U.-B. III, S. 805, Nr. 1541.